

R. Applicatur usu, per doctrinas 2:

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Quinam homines con-<br/>quantur verum finem Sa-<br/>cramentorum, videlicet il-<br/>li, qui:</p>   | <p>1. Accedunt cum fide, Sacramenta enim<br/>ex opere operato nihil iuvant aut profunt.<br/>Menc. Walth.</p> <p>2. Habent <i>ἠγάπησιν</i>, emendandi vitam,<br/>&amp; abstinendi a peccatis, &amp;c. Walth.</p> |
| <p>2. Quod Sacramenti vis &amp; efficacia, non pendeat a dignitate vel indi-<br/>gnitate persona distribuentis. Hinc rectè dicitur: <i>Vim Sacramenti, non<br/>mutat vita ministri, &amp;c.</i> Menc.</p> |   |

NB. Augustin. 1. lib. de corpore Christi: Intra Catholicam Ecclesiam, in ministerium corporis & sanguinis Domini nil a bono maius, nil a malo minus perficitur Sacerdote, qui non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris, ut virtute Spiritus sancti. Si enim in merito esset Sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret, nunc autem sicut Christus ipse est, qui baptizat: ita ipse est, qui per Spiritum efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Credendum enim est, quod in verbis Christi Sacramenta conficiantur, cuius prius creantur imperio, eius utiq; verbo recreantur ad melius.

Idem contra Epi. perme. lib. 2. Omnia Sacramenta, quàm obsunt indignè tractantibus, profunt tamen per eos dignè sumentibus, &c.

GENERALIS SYNOPSIS OMNIUM  
MATERIARVM IN HAC CATECHISMI  
parte de Baptismo tractandarum.

Membra duo:

- |   |   |   |
|---|---|---|
| <p>1. Exordium generale, de necessitate &amp; utilitate huius doctrinae, ut probè teneatur et fideliter tradatur, idq; propter causas duas:</p> | <p>1. Quod Baptismus sit ianua cœli &amp; initium salutis nostræ. Fisch.</p> <p>2. Quod variè ab hæreticis sit exagitata. Aliqui enim:</p>  | <p>Dicunt, Baptismum per se nihil prodesse, sed ardentem invocationem expellere Satanam inhabitantem. Huber. Baptismum novum instituerunt, ut Menander Seuer.</p> |
| <p>2. Propositio per locos 6:</p>   | <p>1. De notatione vocabuli <i>Taufel</i> quam eleganter explicat. Fisch.</p> <p>2. De institutione Baptismi.</p> <p>3. De definitione Baptismi.</p> <p>4. De fructu &amp; utilitate Baptismi.</p> <p>5. De significatione vel vero ac salutari usu Baptismi.</p> <p>6. Continet tractationem aliquot singularium questionum, &amp;c.</p> |   |